



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Epidiorthosis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

ἤπειτα ἑπιμνηστικῶς καὶ βελωποῦς sermonis dicti confirmatio & corroboratio: ubi statim sententia, seu propositio allatae subiicitur ratio, ut apud Demosthenem, de corona, Δεινὸν μὲν ἔστι καὶ δεξιῶς ἔδρα οὐ, κατὰ τὰς παρῆς. Graue illud quidem, ὅτι terra, & Disiquomodo enim non esset graue contra patriam?

Epithorhosis

Alexander. Ab Alexandro Rhetore à Pro diorthosi discriminatur, quod hæc ante dicti cuiusdam acerbitatem præmittit auditorem: Illa orationem iam durius prolatam corrigat & mitiget.

Epimone.

Commoratio, cum in loco firmissimo, quo rota causa continetur, imanetur diutius. Cic. 4. ad Heren. ἐπὶ πλεον, ἐπὶ τὸ αὐτὸ νομίζω. Alexander Rhetor.

Epiphonema.

Hæc sententia in fine exposita rei cum effectu enuntiatur. Cicero in Verrinis, non vitam liberam, sed mortis celeritatem precabantur.

Epiphora

Inter hoc schema, & Epibolen, hoc interest, quod in superiore vnum pluribus sententijs anteponitur: in hoc autem omnium sententiarum, vnum, atque idem nouissimum verbum. Socraticis, Nō enim alius, quis est, cuius opera in has difficultates incidimus: Sed initio ad bellum suscipiendum vos primum impulit Philippus. Deinde in ipso belli labore ac periculo deseruit nos Philippus. Nouissima nunc calamitati in cœstra, atque culpæ, succensit idem Philippus.

Epiphysis.

Sive epitimefis. Est hæc figura cum iurgamur, aut coarguimus. Cic. in Catilinam, Patere tua consilia non sentis? quem nostrum ignorare arbitraris? Teren. Non ego te vidi manum, &c. Virg.

Non ego te vido Damonis pessime caprum Excipere insidias?

Epipocle.

In hoc ex prima sententia, secunda oritur, ex secunda tertia, atque ita deinceps complures. Nam quemadmodum catenam multi inter se circuli coniuncti viciunt; sed huius sche-

matris serena complures sententia inter se connexæ continent. Lysia, Constanti igitur iudices, Simonem domo sua, ab illis Dijs penatibus, vi cum summa iniuria esse exturdatum. Nam Cheremenes cum hominibus armatis ad eum venit, cum venisset, sine vlla religione domum eius expugnauit: expugnata vi domo, familiam abstraxit: abstractam, tormentis omnibus excruciauit: cruciatam, vinxit: vinctam, in publicum proiecit: opinor ne suum maleficiū tacitum lateret, sed ut cum prætereuntes prostratam familiam viderent, & à vicinis rem gestam audirent, simul & oculis, & auribus, icelus illius vsurparent. Item, Lycurgi. At mihi mirum videtur, quod tam excelsum boni gradum, homo summi laboris exceperit? Nam cui præsto est sua voluntas, industrius sit necesse est: industriam vero scientia consequitur: ex scientia, copia & facultas ingenij nascitur: ex qua facultate vera, & facili, felicitas laudis oritur. Neque enim temerè diligens studium virtutis, fructus fortunæ fallit.

Epistrophe.

Est, cum in eadem verba plures sententia desinunt. ut; Horatius,

Si curvatus inaequali tonfore capillos Occurrit, vides: si forte subucula pexa Trita subest tunica, vel si roga diffidet impar, Rides.

Quale forsitan sit, — similis scrua fuisse, Tunc quoque saucibus Taurcos armare fuisse.

Et, Impius ante aras, atque muri cœcus amore.

Latine dicitur reuersio.

Epitheton.

Etiam inter figuras numerari solet, quod appositè collocatum, venustè colorat orationem.

Epithrocasms.

Percursio. Hæc rursum figura differt à coæquatione: quod cum illares diuersas plures in eundem locum conferat, hac distantia plura inter se percurrens velocitate ipsa circumponit: ut si velis dicere, Cæsar in Italiam euolat, Cornificium præsidio desertum ceperat, vrbe periebat, Pompeium persequeretur. Idem Alexander Rhetor τα πολὺ δὲ ἀσχετὰ σαυάγει καὶ ἀζήτῳ σα.

Ital. p. 305

Alia specie

Epistrophe artificiosa, cum non eadem quidam verba reperuntur. Sed ramentum per certum & destinatum aliquam diuisionem conclusionem. Vide exemplum apud Method. homil. de hypapante per Epistrophe claudis. Aquisp.

Q9

Ep.